

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

# BOLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0584

Lunedì 18.08.2014

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla solenne Celebrazione Eucaristica in occasione del 250° anniversario della fondazione di Saint Louis (U.S.A.) (24 agosto 2014)**
- ◆ **Rinunce e nomine**

- 
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla solenne Celebrazione Eucaristica in occasione del 250° anniversario della fondazione di Saint Louis (U.S.A.) (24 agosto 2014)**

In data 26 luglio 2014, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Justin Francis Rigali, Arcivescovo emerito di Philadelphia (U.S.A.), a Inviato Speciale del Santo Padre alla solenne Celebrazione Eucaristica prevista nella nuova Cattedrale di Saint Louis (U.S.A.) per il 24 agosto 2014, in occasione del 250° anniversario della fondazione dell'omonima città.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia composta dai seguenti ecclesiastici dell'arcidiocesi di Saint Louis:

- Mons. Henry J. Breter, Parroco della Parrocchia di *St. Raphael the Archangel* e Presidente del Consiglio Presbiterale;
- Mons. John J. Leykam, Parroco della Parrocchia dell'*Annunziata* e Consultore del medesimo Consiglio Presbiterale.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Cardinale Justin Francis Rigali:

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

IUSTINO FRANCISCO S.R.E. Cardinali RIGALI

Archiepiscopo Emerito Philadelphiensi Latinorum

Quoniam omnibus in rebus quae authenticum hominis bonum promovent Deus est incrementi auctor et dator, congruens est religiosae pietatis officio Ipsi iuges persolvere gratias. Quapropter valde probatur a Nobis pastoralis sollicitudo qua motus Venerabilis Frater Robertus J. Carlson, Archiepiscopus Metropolita Sancti Ludovici, in animo habet festis caeremoniis et populi frequentia ducentesimum et quinquagesimum celebrare annum, ex quo illa praeclara urbs super ripas Mississipianas constituta est. Enimvero anno MDCCCLXIV, cum Petrus Laclède et privignus eius Augustus Chouteau consilium novae civitatis condendae in territorio Missuriae cepissent, placuit sibi suisque sociis nomen oppido imponere quod sanctum Ludovicum IX piissimum regem Francogallicum commemoraret. Numquam postea defuerunt impensa opera ut fidei catholicae fructus ex ea civitate emanarent. Ob ea, divina opitulante gratia, urbs Sancti Ludovici gradatim incrementa, sive artificia sive spiritalia, per decennia ubertim exceptit.

Cum itaque Deo, qui omnium bonorum est auspex, debitae gratiae exsolvendae sint ob incolarum urbis Sancti Ludovici impulsu et industriam quibus orta est et etiamnunc viget, libenti animo rogationem accepimus memorati Venerabilis Fratris Roberti J. Carlson, qui humanissime petivit ut Nos quendam insignem Praelatum designaremus qui verba spiritalis cohortationis omnibus adstantibus Missae in Ecclesia Cathedrali Sancti Ludovici die XXIV mensis Augusti ineuntis litandae pronuntiaret. Ad Te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus, quippe qui congrua cura adfuisti in eiusdem ecclesiae metropolitanae negotiis gerendis, quandoquidem ipsam ab anno MCMXCIV ad annum MMIII tamquam sacrorum Antistes gubernasti. Te igitur hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad celebrationes ducentesimi et quinquagesimi iubilaei urbis Sancti Ludovici quae die XXIV proximi mensis Augusti sollemni modo in eadem urbe agentur.

Hoc in anno ad fundationem insignis urbis dicato, omnes participes adhortaberis ut, quemadmodum universae res creatae ad Conditem suum ordinantur, sua sponte dirigant vires suos ad Ipsum, veritatem primam supremumque bonum. Archiepiscopum insuper Metropolitam Ecclesiae Sancti Ludovici ceterosque adstantes sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos Nostro nomine salutabis. Verba demum Nostrae benevolentiae etiam ad Auctoritates civiles omnesque participantes extendas volumus.

Instanti denique prece Omnipotentem Deum exoramus, ut diligenter officium tibi concreditum expleas, ita ut omnes anniversaria participantes uberibus gratis a Domino ditentur. Caelestium verum donorum conciliatrix et nuntia esto Nostra Benedictio Apostolica, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libenter in Domino impertimus, quam item ad omnes congregatos volumus pertinere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XX mensis Iulii, anno MMXIV, Pontificatus Nostri secundo.

FRANCISCUS PP.

[01292-07.01] [Testo originale: Latino]

◆ Rinunce e nomine

Nomina del Vescovo di Armenia (Colombia)

Il Santo Padre ha nominato Vescovo di Armenia (Colombia) S.E. Mons. Pablo Emiro Salas Anteliz, finora Vescovo di Espinal (Colombia).

### S.E. Mons. Pablo Emiro Salas Anteliz

S.E. Mons. Pablo Emiro Salas Anteliz è nato a Valledupar il 9 giugno 1957. Ha compiuto gli studi di Filosofia e Teologia nel Seminario maggiore di Bucaramanga. Ha ottenuto la Licenza in Filosofia e Scienze religiose presso l'Università *Santo Tomás* di Bogotá, la Licenza in Teologia Dogmatica presso la Pontificia Università Gregoriana di Roma e la Licenza in Teologia Spirituale presso il Pontificio Istituto di Spiritualità *Teresianum* di Roma.

Ha ricevuto l'ordinazione sacerdotale per la diocesi di Valledupar il 2 dicembre 1984.

Come sacerdote ha svolto i seguenti incarichi: Parroco di *San Francisco de Asís de la Paz*, Cappellano della scuola *Normal María Inmaculada* di Manaure, Delegato Episcopale per la pastorale vocazionale, Parroco di *La Inmaculada Concepción* di Valledupar, Cancelliere della diocesi, Rettore della chiesa cattedrale di *Nuestra Señora del Rosario* di Valledupar, Professore di Teologia Dogmatica nel Seminario Giovanni Paolo II di Valledupar e Vicario diocesano per la Pastorale.

Il 24 ottobre 2007 è stato nominato Vescovo di Espinal (Colombia). Ha ricevuto l'ordinazione episcopale il 2 dicembre successivo.

[01293-01.01]

[B0584-XX.01]

---